Noverint universi quod ego Paronilla Arimbau vidua relicta Bernardi Arimbau quondam agricole castri de Virginibus diocesis Gerundensis
gratis et ex certa scientia confiteor et recognosco me debere vobis Michaeli Gibert agricole parrochie de Vila Sacra diocesis Gerundensis sponso meo futuro
presenti quingentas libras Barchinonenses que sunt ex causa et ratione dotis mee quam vobis constitui in et cum nuptialibus instrumentis inter nos confectis penes notarium infrascriptum die presenti et infra et non obstante quod vos in et cum dictis nuptialibus instrumentis confessus fueritis habuisse et recepisse eas vobis
solvere promitto ad vestras omnimodas voluntates consumato tamen primo nostro matrimonio Et nisi premissa debito cum effectu compleuero et vos
vel vestri pro eorum deffectu missiones sumptus expensa aut dampna aliqua feceritis et sustinueritis promitto per me et meos ipsos expensas et ipsa vobis
et vestris soluere et fideliter emendare super quibus quidem missionibus sumptibus dampnis expensis et interesse predictis credatur et credi volo vobis et
vestris vestro et eorum solo plano simplicique verbo sine testibus et iuramento nullo alio probationum genere requisito, et pro predictis omnibus et singu
lis attendendis firmiter et complendis tenendis et inuiolabiliter obseruandis obligo vobis et vestris omnia et singula bona et iura mea et meorum
mobilia et immobilia presentia et futura habita ubique et habenda etiam qualitercumque privilegiata renuntians super his scienter foro meo et meorum
proprio et ipsique fori privilegio et legi si conuenerit ff de iurisdictione omnium iudicum et iuri revocandi domum et submitto me et meos et
omnia et singula bona et iura mea et meorum foro iurisdictioni districtui coertioni examini cognitioni et executioni illius curie seu curiarum
ecclesiasticarum vel secularium ad quam seu quas de et pro premissis recursus habebitur et electa una curia ecclesiastica vel seculari possim
ad aliam vel alias recurrere et ad omissam redire et aliis super his sepiusque variare pro meo libito voluntatis cepti vel non cepti iudicii Renuntian
tes etiam super his scienter legi dicenti quod actor sequi debet forum rei et quod ubi ceptum est iudicium ibi finem habere debet et omni alii iuris
obuianti insuper conuenio et promitto vobis et vestris et Petro Canals notario publico Gerunde infrascripto tanquam publice et autentice persone nomine vestri et pro
et omnium aliorum quorum interest et intererit in futurum stipulanti legitime et recipienti ac etiam sponte iuro in animam meam per dominum
num Deum et eius sancta quattuor euangelia manibus meis corporaliter tacta predicta omnia et singula rata grata valida atque firma semper
habere tenere et seruare attendere et complere et nullatenus in aliquo contrafacere vel venire ratione aliqua iure modo vel causa. Actum est hoc
Gerunde die octaua mensis februarii anno a nativitate domini millesimo sexcentesimo septimo Sig+num Paronille Arimbau confitentis predicte qui
hec laudo firmo et iuro Testes huiusrei sunt magnificus Joannes Saluaret J. V. D. Genesius Barnes scriptor Gerunde et Joannes Ferrata de Toroella
Monserratus Camps de Bordillis agricole dictarum respective parrochiarum. //:~



Petrus Canals notarius publicus Regia auctoritate substitutus ab herede seu successore Jacobi de Campolongo quondam publico
Gerunde notarii Hec subscribens subscripsi et clausi rogatus //:~

Perg. 191